

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

II. Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

anima mea te dignè magnificet, & sp̄  
ritus meus cum gaudio in te exultet.

I. *Magnificat anima mea Dominum.*

Anima mea altè & magnificè de Deo  
sentit, omni laude majorem esse agnoscit;  
pro viribus tamen laudat Dominum, ejus-  
que bonitatem, misericordiam, sapien-  
tiam, charitatem, rationemq; ejus domi-  
nandi præstantissimam, quantum potest  
extollit.

II. *Et exultavit spiritus mens in Deo  
salutari meo.*

O Salvator mihi intimè præsens! non  
solùm cor meum & caro mea exultave-  
runt in Deum vivum; sed & exultavit spi-  
ritus meus, in te Deo salutari meo: gau-  
dium enim meum non in corporeis sed  
spiritualibus; non in donis tuis, sed in do-  
norum Largitore, non in creatis, sed in  
Creatore & multò magis in Jesu Salvato-  
re meo totum colloco, ac de infinitis ejus  
perfectionibus exulto.

III. *Quia respexit humilitatem ancil-  
læ suæ, ejusq; parvitatem & vilitatem non  
despexit. Ecce enim ex hoc beatam me  
dicent omnes generationes, sive præsentes,*

sive